Σαυάδα. Αφροδισία. Σαγαδίας (;) Επισκοπαί
θέμα Θρακώων

397

«Επαρχία Θράκης ήγουν Ευρώπης υπὸ κονσ-
ιλαρίων. Ιδιάζει έχουσιν πόλεις ιδ΄. [illegible]
πόλεις . . . Σαυάδα. Αφροδισία.
. . Κοίλια . . .

Κ. Πορφ. Περὶ θεμάτων Βιβ. Β΄. σ. 47.

« Σαυαδία] sic male e ms quamquam Σαβαδία veri-
cus videtur. sola, quod resciri potui Ephesini con-
cilii Acta urbis memoriam servarunt. supplicant
patribus episcopi Europae p. 1190 Tom 5. C. g. his ver-
bis. Vetus mos viget in provinciis Europae, quod sin
guli episcopi duos vel tres sub se habeant episcopa-
tus. unde Heracleae episcopus sub se habet Hera-
cleam et Panion, episcopus autem Byzes sub se By-
zen et Arcadiopolin, Coelensis vero similiter Coelam
et Callipolin; porro episcopus Sabsadiae sub se ha-
bet Sabsadiam et Aphrodisiadem e quibus paucissi-
mos olim in Europa fuisse episcopos cognoscimus, et
Sabadiam Aphrodisiadi vicinam: nam Sabsadiam
eandem atque hanc esse nemo addubitaverit. Si-
ta fuit in Thraciae regione Σαψαϊκῇ Σαπαϊκῇ,
de qua Ptolemaeus 3. 11 cui a Sapaeis id nomen

Σημείωσις Πέτρ. Wesselingii σ. 404-5

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

B. Σαυάδα. Ἀφροδισία

398 Σαυαῖοι. Σάβοι. Σεβάζιος. Διόνυσος

haesit. habet Appianus B. C. 4. p. 1037 Στενὰ Σαπαίων καὶ Κορπίλων angustias Sapaeorum et Turpilorum in Thracia quas Norbanus et Ceditius occuparint; unde perperam p. 1023 ejusdem libri Στενὰ Τορπίδων καὶ Σαπαίων iidem insedisse feruntur. quamquam ne sic quidem bona omnia feruntur. quamquam ne sic quidem bona omnia fuerint. Turpili enim plane Turpili sunt, in Corpilos ex Plinio et Solino mutandi. Sapaeos, ut ad eos redeamus Sabos Σάβους alii vocant, ut Eustathius in Dionys. Perieges. 1069, iidemque Sabazii Jovis et Bacchi titulum repetunt: Scholiastes in comici Vespas v. 9. Σαβάζιον δὲ τὸν Διόνυσον οἱ Θρᾶκες καλοῦσι, ἢ Σάβους τοὺς ἱερεῖς αὐτοῦ. a Sabis Thracibus, Sabazii sacerdotibus, σάβοι, σαβάζειν, Σαβάζιος formarant; cumque Sabadius non alius sit (Macrobius 1. 18 a item in Thracia eundem haberi Solem atque Liberum accipimus, quam illi Sabadium nuncupantes magnifica religione celebrant) plane mihi persuadeo urbem Sabadiam vere fuisse nomine, atque a cultu Sabazii, aut vicissim Sabazium

399

ab urbe, eo titulo esse ornatam. non desunt, fateor, qui Phrygibus Sabaziam deberi censent; quae res opinioni nihil nocuerit. Phrygibus enim et Thracibus multa erant communia sacra, quibus Ida Sabazia Strabo 10 p. 471 accenset. ne nunc dicam Phryges et Thracum finibus in Asiam commigrasse prohiberi a Strabone et Herodoto 7.73 utcunque ceciderit, digna utique Sabadia fuerat quae inter episcopales Europae sedes in C. a S. Paulo Geogr. S. locum tueretur.

Αφροδισία] Αφροδισιὰς praestat. vid Ant. Itin. p. 333.

ὅρα γ Κόσμα Ι. ΔΕ. σ. 197

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ